

et quartū et quītū: et innumerabilia si sufficiat
Sed quia innumerabilē numerū vel cōphēndēre singula addendo: vel dicere innumerabilē nō pōt: hoc īp̄ certissime cōphēndit: ac dicit: et verū hoc ētā innumerabile: ut vere eius infinitū numerū nō possit comprehendere ac dicere: hoc etiā volūtate certa similis ad uerti pōt: **Quis** ētā cui nō imprudenter respondeat: forte falleris: dicenti volo beatus ēt: **Et** si dicat: scio me hoc velle: et hoc me scire scio: iam his duob⁹ et tertiu potest addere q̄ hec duo sciat: et quartum q̄ hec duo scire se sciat: et similiter in infinitū numerū pergere. **Item** si quispiā dicat: errare nolo: nōne sine erret siue non erret: errare tū eum nolle vēx erit: **Quis** est q̄ huic non impudentissime dicat: forsitan falleris: cū pfecto vbiq̄ fallat falli se tū nolle nō fallit: **Et** si hoc scire se dicat addit qntū vult rex numerū cognitarū: et numerū ētē pspicit īfinitū. **Qui** ei dicit nolo me falli: et hoc me nolle scio: et hoc me scire scio: iam et si non cōmoda locutōe pōt hinc īfinitū numerū ostendere. **Et** alia reperiunt q̄ aduersus academicos valeat: q̄ nihil ab homīe sciri posse contendunt. **Sed** modus adhibendus ēt pfectum q̄ in ope isto nō hoc suscepim⁹. **Sūt** inde libri tres nři: p̄rīo nře p̄uerionis tpe scripti: quos q̄ potuerit et voluerit legere: lectos: q̄ intellecerit: nihil eū pfecto q̄ ab eis cōtra pceptionē veritatis argumenta multa inuēta sunt: p̄mouebunt. **Cū** em̄ duo sint genera rex q̄ sciunt: vnu earū q̄ p̄ sensus corporis p̄cipit animus: alterū earū q̄ p̄ seip̄m multa illi philosophi garrierūt contra corporis sensus: animi at quasdam firmissimas p̄ seip̄m pceptiōes rerū vēraz: quale illō ētā q̄ dixi: scio me vivere: ne quaq̄ in dubiū vocare potuerūt. **Sed** absit a nobis vt ea q̄ p̄ sensus corporis didicimus vera esse dubitemus: p̄ eos q̄ p̄ didicim⁹ celū et terrā: et ea q̄ in eis nota sūt nobis: qntū ille q̄ et nos et ip̄a condidit: inotescere nobis voluit. **Absit** etiam vt scire nos negemus q̄ testimonio didicimus alioꝝ: alioꝝ nescim⁹ oceānum. **Nescimus** esse terras atq̄ vrbes quas celeberrima fama cōmendat. **Nescim⁹** fuisse homines et opera eorum que historica lectōe didicimus. **Nescimus** que quotidie vnde cunq̄ nunciant: et indicijs consonis contestantibusq̄ firmant. **Poſtremo** nescimus in quib⁹ locis vel ex quibus homībus fuerimus exorti: quia hec omnia testimonijs credidimus aliorum. **Qd** si absurdissimū est dicere: nō solū nōꝝ: verū etiāz et alioꝝ corporis sensus plurimum addidisse nre scientie confitendum est.

Hec igitur omnia et que p̄ seip̄m: et que p̄ s̄esus suicorporis et que testimonijs aliorū p̄cepta scit animus human⁹: thesauro memorie condita tenet: ex q̄bus gignit verbū verū: qn̄ qđ scimus loquimur: sed verbū ante omnē sonū ante omnē cogitationē soni. **Tunc** em̄ ē verbum simillimū rei note de qua gignit et imago eius: quoniam de visione scientie visio cognitionis exortur: quod est verbū lingue nullius: verbū vēx de re vero: nihil de suo habēs sed totū de illa scientia de qua nascit. **Nec** interest quando id didicerit: qui qđ scit loquit̄ alioꝝ em̄ statim vt dicit hoc dicit: dūz tamen verbum sit vēx: id est de reb⁹ notis exortū. **D**e scientia dei patris cui nihil cuiusq̄ creature iudicijs conferatur.

Capitulum XIII.

En nunquid deus pater de quo natum est verbū de dō deus: nunquid ergo deus pater in ea sapientia qđ ē ipse sibi: alia didicit per sensum corporis sui: alia p̄ seip̄m? **Quis** hoc dicat: qui non anīal rōnale: sed supra anīam rōnale dēū cogitat: qntū ab eis cogitari potest qui eum omnibus anīalibus et omnibus animis preferunt: quāuis per speculū et in enigmate coniūciendo videant: nondum facie ad faciem sicuti est: **Nū** quid deus pater ea ipsa que non per corpus: quod ē ei nullum: sed per seip̄m scit: aliunde ab aliquo didicit: aut nūcīs vel testibus vt ea sciret indiguit: **Non** vtiꝝ: **A**d omnia quip̄ p̄scienda que scit: sufficit sibi illa perfectio. **H**abet quidē nuncios: id est angelos: non tam qui ei que nescit annūcent: non enim sunt vlla que nesciat: sed bonū eoꝝ est de operibus suis eius consulere veritatez: et hoc est q̄ ei dicunt nonnulla nunciare: nō vt ipse ab eis discat: sed vt ab illo ipsi per verbū eius sine corporali sono: nunciant etiāz quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit: totū ab illo per verbum eius audientes: id est in eius veritate inuenientes: quid sibi faciendū: quid: quibus: et quādo nunciandū sit. **N**am et nos oramus eum: nec tamē necessitates nostras docemus eū. **N**ouit em̄ ait verbum eius p̄pteratis ab eo. **N**ec ista ex aliquo tempore cognouit vt nosset: sed futura omnia temporalia atq̄ in eis etiā quid: et quando ab illo petitiū fueramus: et quos et de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset: sine initio ante presciuit. **U**niuersas autē creaturas suas et spirituales et corporales: non quia sunt ideo nouit: sed ideo sunt quia nouit. **N**ō

Mat. 6.

Liber

enim nesciunt quod fuerat creator. Quia ergo sciuit creavit: non quia creavit sciuit. Nec aliter ea sciuit creata: quod creanda. Non enim est sapientie aliquid accessit ex eis: sed illis existentibus sicut oportebat et quando oportebat: illa mansit ut erat. Ita et scriptum est in libro ecclastico.

Ecclesiastico. Ante quod crearent omnia nota sunt illi. Sic et postea consummata sunt. Sic inquit non aliter: et ante quod crearent: et postea consummata sunt: sic ei nota sunt. Longe est ergo huic scientie: scientia nostra dissimilis. Que autem scientia deit: ipsa et sapientia: et que sapientia: ipsa essentia sive substantia. quod in illius naturae simplicitate mirabilis: non est aliud sapere quam esse: sed quod est sapere: hoc est et esse: sicut et in superioribus libris sepe iam diximus. Nostra vero scientia in rebus plurimis propria et amissibilis est et receptibilis: quia non hoc est nobis esse quod scire vel sapere: quoniam esse possumus: etiam si nesciamus: neque sapiamus ea quod aliunde didicimus. Propter hoc sicut nostra scientia illi scientie dei: sic et nomen verbū quod nascitur de nostra scientia dissimile est illi verbo dei: quod natū est de patris essentia. Tale est autem ac si diceret: de patris scientia: de patris sapientia: vel quod est expressius de patre scientia: de patre sapientia.

De similitudine et equalitate patris dei et unigeniti eius consubstantialis et coeterni.

Capitulum XIII.

Verbum ergo dei patris unigenitus dei filius: per omnia patris similis et equalis: deus deo. lumen de lumine. sapientia de sapientia. essentia de essentia. est hoc omnino quod pater. non tamen pater: quia iste filius: ille pater. Ac per hoc nouit omnia quod nouit pater: sed ei nos de patre est sicut esse. Nosce enim et esse illi unum est. Et ideo patre sicut esse non est a filio: ita nec nosse. Proutque tanquam seipsum dicens: pater genuit verbum sibi equale per omnia. Non enim seipsum integre perfecit quod dixisset: si aliquid minus: aut amplius esset in eius verbo quod in ipso. Ibi summe illud agnoscitur: est est: non non. et ideo verbum hoc vere veritas est: quoniam quicquid est in ea scientia de qua genitum est: et in ipso est. Quod autem in ea non est: nec in ipso est. Et falsum habere aliquid hoc verbum nunquam potest: quia immutabiliter sic se habet ut se habet de quod est. Non enim potest filius a seipso facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem: potenter hoc non potest: nec est infirmitas ista: sed firmitas qua falsa esse non potest veritas. Mox itaque omnia deus pater in seipso: nouit in filio. Sed in

seipso tanquam seipsum: in filio tanquam verbū suum quod est de his ceteris quod sunt in seipso. Omnia similiter nouit et filius: in se scilicet tanquam ea que nata sunt: de his que pater nouit in se ipso. In patre autem tanquam ea de quibus nata sunt que ipse filius nouit in seipso. Sciunt ergo in unicē pater et filius: sed ille gignendo ille ascendit. Et omnia quod sunt in eorum scientia: in eorum sapientia: in eorum essentia. unusquisque eorum simul videt: non particulatim: aut singulatum velut alternante cōspectu: huic illuc: et inde huc et rursus inde vel inde in aliud atque aliud. Vt a liqua videre non possit nisi non videns alia: sed ut dixi simul omnia videt: quod nullū est quod non semper videt. Verbum autem nostrum illud quod non habet sonum neque cogitationem soni: sed eius rei quā videndo invenimus et ideo nullius lingue est: atque inde ut cuncti simile est: in hoc enigmate illi verbo dei quod etiam deus est quoniam sic et hoc de nostra nascit: quēadmodū et illud de scientia patris natum est. Nostrū ergo tale verbum quod inuenimus esse ut cuncti illi simile quantū sit etiam dissimile: sic a nobis dici potuerit: non pīgeat intueri. Dissimile sit verbum nō mutabile a verbo dei incommutabili et eterno.

Capitulum XV.

Unquid verbum nostrū de sola scientia nostra nascit? Nonne multa dicimus etiam quod nescimus? Nec dubitantes ea dicimus: sed vera esse arbitrates: quod forte si vera sunt: in ipsis rebus de quibus loquimur non in verbo nostro vera sunt: quia verbum verū non est nisi quod de re quod scitur gignit. Falsū est ergo isto modo verbum nostrum: non cū mentimur: sed cum fallimur. Cū autem dubitamus: nondū est verbum de re de qua dubitamus: sed de ipsa dubitatione verbum est. Quāvis enim non nouimus an verū sit unde dubitamus: tamē dubitare nos nouimus: ac si hoc cū hoc dicimus: verū verbum est: quoniam quod nouimus dicimus. Quid quod etiam mentiri possumus? Quod cū scimus: utique volentes et scientes falsum verbum habemus: ubi verū verbum est: mētiri nos hoc emscimus. Et cū mentitos nos esse contitemur: verū dicimus: quod scimus em dicimus. Scimus namque nos esse mentitos. Verbum autem illud quod est deus et potentius est nobis: hoc non potest. Non enim potest facere quicquam: nisi quod viderit patrem facientem: et non a seipso loquitur: sed a patre illi est omne quod loquitur: cū ipsum pater vnde loquitur: et magna illius verbi potentia est: non posse mentiri: quia non potest esse illuc est: et non: sed est est: non non. At